

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo p  
cum fonte primo

Cetera animantia in suo genere prope degunt.  
Congregari uideamus et stare contra dissimilia:  
leonum feritas inter se non dimicat,  
serpentium morsus non petit serpentes,  
nec maris quidem beluae ac pisces nisi in aduersa genera seuiunt.  
At homini plurima ex homine sunt mala.

Idem ibidem (Plinius ystoriarum mundi libro VII.).

denique cetera animantia in suo genere probe degunt.  
congregari uideamus et stare contra dissimilia:  
leonum feritas inter se non dimicat,  
serpentium morsus non petit serpentes,  
ne maris quidem beluae ac pisces nisi in diversa genera saeuiunt.  
at Hercule homini plurima ex homine sunt mala.

C. Plinius Caecilius Secundus (Maior), *Naturalis historiae libri XXXVII.*, 7.1.5 (C. Mayhoff ed., vol.2, p.3, ll.9-14).